

Kališský mír, 8. července 1343, Kališ

Kazimirus, Dei gratia Rex Polonie, universis et singulis praesentium notitiam habituris salutem et rei geste noscere veritatem. Dudum de statu regni nostri pacifico crebra meditatione re vera solliciti, circa stabile bonum concordie inter nos ex una parte et reverendos ac religiosos viros **Ludolphum Cunig, magistrum generalem**, et fratres ordinis Beate Marie Teutonicorum, hospitalis Hierosolymitani parte ex altera, eo quod ex ipsius votiva solidacione tanto maior promittitur securitas, quanto gravioris iacturae discrimen ex discordiae preparari desidio providemus.

Inter alia igitur votis nostris accommoda salutarem concordiae unionem perpetuam cum dictis venerandis viris ... magistro et fratribus et toto ordine ac ipsorum subditis desiderabiliter affectamus, ut nostro felici tempore regnum nostrum rediviva quiete refloreat et post diras longeque calamitates hostiles angustias et eximias bellici turbinis tempestates in portu tranquillitatis et pacis pulchritudine conquiescat.

Ideoque noverit praesens aetas et successura posteritas, quod nos pro nobis, nostris heredibus et successoribus universis ac omnibus incolis regni nostri tam sublimibus quam aliis facimus pacem perpetuam, finem, remissionem atque concordiam perpetuis futuris temporibus irrefragabiliter duraturam de omnibus iniuriis, maleficiis, offensis, contumeliis, damnis et iurgiis dicto vel facto illatis vicissim ab una parte alteri, promittentes fide corporali prestata iuramenti, quod praedictam pacem, finem, remissionem et concordiam perpetuo firma, grata et rata habebimus, tenebimus et observabimus, nec unquam contraveniemus per nos vel per alios aliqua ratione vel causa de iure vel de facto, publico vel occulto, fraude et dolo penitus procul motis.

A proto at' současná doba i budoucí pokolení vědí, že my za sebe, naše dědice a nástupce, všechny obyvatele našeho království, jak význačné tak ostatní, ustanovujeme věčný a konečný mír, prominutí a shodu, která bude nezpochybnitelně trvat v budoucích časech, za všechna přikopí, zločiny, urážky, urážky, škody a spory vyvolané slovy nebo činy vzájemně z jedné nebo druhé strany, přísaháme naším tělesným závazkem, že tento mír, ukončení, prominutí a shodu zachováme, budeme si ho vážit a dodržovat, nikdy nebudeme porušovat prostřednictvím nás nebo jiných z jakéhokoli právního nebo faktického důvodu nebo příčiny, veřejně nebo tajně, bez žádného podvodu nebo lstí.

Preterea, quia ad unius voti propositum convenimus altissimo inspirante, ideo ex benigna nostra provisione, quae perpetuationem et stabilitatem eorundem venerabilium et religiosorum virorum ... magistri et fratrumque praedictorum ipsorumque libertatum, immunitatum, privilegiorum et gratiarum votive amplectitur, donationem terrae Culmensis et castri Nessoivi et curiarum Orlow et Morin cum suis iuribus, libertatibus, utilitatibus, metis, gadibus et pertinentiis universis, et alia bona ac possessiones, quae et quas de iure ante motam guerram iidem ... magister et fratres rite et rationabiliter possederunt, et specialiter terram Michaloviensem, quo modo et iure, quibus eam ab illustribus ... ducibus Cuiaviae hactenus possederunt, ratificamus et presentis scripti patrocínio confirmamus. Et licet additione plenitudo non egeat, roboratur tamen interdum, quod per se firmitatem obtinet, ut roborantis affectus clareat et ut beneficii cautelae habundancioris accedat, unde ut cesset

in antea omnis actionis, impetitionis et querimoniae occasio, quas nos vel nostri heredes aut successores universi ad terras Pomeraniae, Culmensis aut Michaloviae seu earum quamlibet partem sive iure hereditario sive devoluto seu alio iure quocumque aut consuetudine quacumque exnunc haberemus sive habere in futurum possemus, renunciamus eisdem et quibuslibet eorum expresse presentibus pure, simpliciter et in totum, renunciantes insuper sponte et expresse tam nos, Kazimirus Rex Poloniae prelibatus, quam inclita domina Adilheidis eiusdem regni regina conthoralis nostra legitima communicata manu, pari consensu et unanimi voluntate pro nobis nostrisque heredibus et successoribus universis exceptioni doli mali in factum, actioni, beneficio restitutionis in integrum, constitutioni et consuetudini cuilibet contrariae, litteris et indulgentiis apostolicis, imperialibus seu a Romanis regibus impetratis vel impetrandis, omnisque iuris canonici vel civilis auxilio, per quod nobis et conthorali nostre prelibate seu heredibus et successoribus nostris posset aliquo modo suffragari, magistro vero et fratribus seu etiam ipsi ordini praeiudicium quomodolibet generari in premissis et quolibet premissorum.

*Navíc, protože jsme se pod vedením Nejvyššího setkali s cílem jednoho přání, proto z naší velkorysé prozíravosti, která podporuje trvalost a stabilitu těchto vážených a náboženských mužů ... [vel]mistra a předchozích bratří a jejich svobod, imunit, výsad a milostí, **darujeme zemi Chełmskou a hrad Nieszawa a [hospodářské] dvory Orlow [Orłowo] a Morin [Murzynno] se svými právy, svobodami, užitky, hranicemi, hranicemi a všemi souvisejícími a dalšími statky a majetek, který před válkou řádně a právoplatně vlastnili ... [vel]mistr a bratři, a zvláště zemi Michalovskou, kterou takovým způsobem a právem dosud vlastnili od slavných ... vévodů kujavských, ratifikujeme a potvrzujeme chránění psaným textem této listiny. A i když plnost nepotřebuje přidavky, občas je posílena tím, co samo o sobě získává pevnost, aby bylo jasně vidět úsilí posilovatele a aby se přidal k opatrnosti beneficia, a aby se zabránilo jakémukoliv možnému činu, útoku nebo stížnosti, které bychom my nebo naši dědici nebo následovníci mohli mít vůči zemím Pomořany, Chełmsko a Michalovsko nebo jakékoliv jejich části, ať už dědickým právem nebo odúmrtím nebo jakýmkoli jiným právem či zvyklostí, nyní nebo v budoucnu, výslovně se vzdáváme těchto a jakéhokoli z nich, vzdáváme se prostě, jednoduše a celkově, vzdáváme se také dobrovolně a výslovně my, Kazimír, polský král, a slavná paní Adelheida [Hessenská], královna tohoto království, naše zákonná manželka, se stejným souhlasem a jednomyslnou vůlí jménem naším a našich dědiců a nástupců a s vyloučením zlé lsti v činech, výhody v restituci, jakýchkoliv protikladných ustanovení a zvyklostí, papežských a císařských listin a milostí, vyžádaných nebo žádaných od římských králů, a vyloučením jakékoliv pomoci ze strany kanonického nebo civilního práva, kterou bychom my a naše žena nebo dědici a nástupci mohli nějakým způsobem využít proti [vel]mistřovi a bratrům nebo dokonce řádu samotnému, aby tím vznikla jakákoliv škoda dříve jmenovaným.***

Promittimus insuper non inferre ... magistro et fratribus praedictis in rebus seu personis eorum iniurias violentas. Ceterum renunciamus pro nobis et successoribus nostris universis titulo ducatus terrae Pomeraniae praedictae, qui ex nunc sigillo maiori est impressus, promittentes eundem titulum quoad ducatum terrae Pomeraniae dicto sigillo deponere, nec umquam ullo tempore eundem titulum resumere, nec eo uti, nec nos nec successores nostri ullo umquam tempore in futurum in litteris vel sigillis.

Dále slibujeme, že nezpůsobíme ... [vel]mistrovi a výše uvedeným bratřím násilné škody na jejich věcech nebo osobách. Jinak se zříkáme za nás a za všechny naše nástupce titulu vévody předem zmíněné Pomořanské země, který je teď napsán na velké pečeti, a slibujeme, že tento titul k vévodství Pomořanské země odstraníme ze zmíněné pečeti, aniž bychom jej kdykoli znovu obnovili, anebo jej použili, my nebo naši nástupci kdykoli v budoucnu v listinách nebo na pečetích.

In quorum omnium evidenciam praesentes scribi et nostri sigilli munimine iussimus roborari.
Datum Kalis [Kališ], die beati Kyliani martiris et eius sociorum, anno Domini MCCXL tercio [8. července 1343] presentibus hiis testibus venerabili in Christo patre domino Jaroslao sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopo, Nicolao palatino, Janusio castellano Kalysiensibus, Ywone preposito Gneznensi, Jarando capitaneo, Wenceslao castellano Siradiensibus et aliis multis.